



Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,
Consiliariorvm Ivdicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm
Magistratvvm Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum
omnium**

Tympe, Matthäus

Coloniae Agrippinae, 1617

47 Dei seu diuinum cultum promouere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](#)

cretò proximo suo hunc persequebar.

Vide fig.
tom 16.

3. Agesilans Rex Laced. quoties audiebat quos ab alijs laudari, aut vituperari, eximis non minus discendos esse eorum mores, quibus quebantur; quam eorum, de quibus loquebantur. Quo dicto sensit vir prudentiss. eos, qui alii laudi obtrectant, magis prodere morbum sive quam detegere morbos alienos. Plut.

4. Vespasianus & Titus Imp. adeò alienis obtrectatores infectati sunt, & odio prolem veluti publico exitio destinatos, ut flagellatos per Amphitheatri arenam spectandostrarent. Alex. ab Al. lib. 3. Gen. c. 22.

5. Domitianus, inter Imperij monstra commeratus, hac in re solum sapere visus est, quod detractores contempserit, & ab Urbe expulsi hanc vocem diligenter usurpans: Obtredat & calumniatores qui non castigat, irritat. Versus:

Absint à mensa, detractio, fletus, &c.
Sed cum letitia sumatur potus & esca.
Vide Theat. hist.

SIGNUM XLVII.

Dei cultum
promouere.

DEI, SEV DIVINVM CUL-
tum promouere.

1. **A**theniensium Magistratus varijs modis natu sunt efficere, ut populus quam maiorem frequens ad concionem veniret. Obiectum enim repagulis quibusdam, vias reliquas octo debant, quae non ducerent ad forum, tum mercatoles ex mercatu, ne quid hac gratia ibi et

faretur, deniq; funē parārāt rubro colore, quem
μάρων (minium) vocant, oblitum. Hoc duo
publici ministri populum cingentes, cum agebāt
in concionē. Studebat quisq; funiculum effuge-
re, propterea quod quisquis colore notatus ap-
pareret contagio funis, is multam perdere cog-
ebat. Hinc qui notam metuunt, funiculum mi-
nūtū fugere dicuntur. *Suidas.* Si illi tanta in-
dustria suos ad concionem profanam venire co-
gebant, quanto studio decet nostros Magistratus
populum ad audiendum Sacrum, & Dei verbum
compellere?

1. David Dei cultum mīrē promouit. *I. Par. 13.*

usque ad c. 25.

3. M. Aurelius Imp. epist. ad Regem Trinacriæ
scribit: Is, qui Deos suos non colit, virtutes om-
nes pro vitiis habendas esse certissimè statuit.
Principes cordati ad omnia subditorum errata
commuere & possunt, & debent, exceptis ijs,
qua ad Deorum pertinent contumeliam, qua, si
feri posset, punienda prius quam cogitanda es-
sent. Non enim Princeps, sed Tyrannus appell-
andus est, qui in proprijs iniurijs vlciscendis
sollicitus leu promptus; in persequendis ijs, quo
Dij factæ sunt, segnis & remissus est. Quicunq;
Princeps ampliorum regnorum & augenda-
rum dictionum gratia, caußam præbet labefactā-
di & imminuendi cultus diuini, non Rex à nobis
legitimè imperans, sed Tyrannus violenter a-
gens vocandus est. Quod si Tyrannum dici-
mus, qui ciuitates deuastat, homines occidit, in-
nocentes persequitur, virgines viciat, & regna
exhaurit, quid obstat, quæso, quin Tyrannus

T 2

sit

fit Princeps, qui Templa violat, qui Sacerdos non reueretur, & quod omnium pessimum est qui Deorum cultum flocci pendit? Nullum fastum aut facinus tam nefarium est, quod nō petret, cui Deorum reuerentia periret. Lycurgus Laced. Rex clarissimus, inter cæteras leges, tiquas, etiam hanc tulit: Nemini Lacedemoniorum beneficia de manibus Principis, quinque Dijis suis obsequia præstat, accipere fas est, si Vide de Pietate, & in Triumpho Virtut. de cultu uiuino, & de liberal. in cultum diuinum.

4. Numa Pompilius reliquos sex Rom. Regalia præcellit, propterea quod maximus Deorum cultor fuit. A Equæ enim Principes Romanorum diligebantur ac colebantur, quod Deos venerantur, quam quod hostes vincerent. Fuit autem is a deo religiosus, ut totam Dijis Urbem conseruaret, sibi vero extra Urbem domum exstruxerit. Erat enim lex veterum, ut domum inauguatam (consecratam) habitandi caufsa incoleres mini fas esset.

10. Co^m Arift. 6. Vol. c. 5. probat damnatorum bona uelij preces (per manus pauperum) & sacris vñibus effec*tor* & elemo*n* secranda. Eius interpres Casus ibidem has pos*ses* syne per rationes. i. à consentaneis: Ratio postulat, ut Deo offerū (qui est iudex & vindicta scelerum) sanguinis fusi premium tanquam victima offeratur. Sic pri*u*cipes facerdotum 30. argenteos, quos Iudei Templum detulit, non in prophanicum, sed in uiuum & sacrosanctum vñum conuertenterunt. *et* euénus: Cum homines intelligunt bona damnatorum Deo consecrari, tam rei, quam accusares religione quadam & metu perculti, & ap*er*cando sapienti, & ab infidiando magis sibi præ*u*ercentur.

gebunt: extimescent enim, ne occultissima mentis lensa & cogitata perscrutatus Deus, sanguinis pretium ab illis exigat, si alijs iniuste accusando insidentur; sceleris poenam requirat, si ipsi facinorosius vivant. Hinc constitutum est, ut bona illorum, qui sibi violentas intulerunt manus, sacris vibus debeantur. 3. à contrarijs: Si Principes, aut multitudo hæc bona possiderent, non salus, sed oppressio; non ciuium quies, sed contentio & seditio erit. Nā si (3. Reg. 21.) Achab Nabothi vineā ardenter appetat, repulsus, sub oratis testibus, in vitam & sanguinem innocens exiuit. Verū si Deo, non sibi, vias vici de beri scierit, placatus ager, lapidemq; non queret, quo iustum obruat. Similiter, si nihil queritus aut lucri inopes sibi obuenturum ex nece damnatorum senserint, lupinam appetētiam sanguinis deponent, virique eminentes tutius in portu nauigabunt. Tum enim in nobiles multitudo fuit, cū ex effuso eorum sanguine prædam opimam sperat: ne ergo vndiq; aut oppressores pauperum, aut accusatores nobilium per forum & theatrum ciuitatis volitent, melius cum illa Rep. agitur in qua damnatorum bona Deo potius, quam Principi, aut multitudini conceduntur. 4. à fine, ut eternum Numen colatur: auctis enim hoc modo Ecclesia bonis, maior reverentia religioni adhibetur. Hinc qui ligna, lapides, aurū, & ornamenta in Templum Salomonis attulerūt, (3. Reg. 6.) non sunt à Domino reprehensi. Laudatur (Mar. 12.) vidua, qua minutum in thesau rum Templi misit. Laudatur (Matt. 26.) Magdalena, qua pretiosum oleum in pedes & caput Christi fudit. Laudatur (Marc. 14.) Ioseph de Arima-

Matt. 25.

T 3

thia,

chia, qui sindone & sepulchro eius corpus texerunt. Laudantur (*Exod. 35.*) qui munera altari, qui decimas sacerdoti, qui Deo primitias soluant. In quæ comparatum est, si edificia, in quibus nos habemus munaciones vivimus, sint quasi Palatia; & templo, in quibus Deum colimus, sint quasi tabula: si nos vermes faginemur ut porci, & Ministri Dei summa rerum inopia laborantes, vivemus ut serui. Greg. Pont. epist. 42. lib. 1. ad Petrum *Ducorum* monet, ne ex delictis alienis commodorum sentiat Ecclesiæ fiscus. Si non putamus mittendum in carbonam Iudei auari, sed opium usum pretium sanguinis couerterunt, quæ agere decet Ecclesiam Christi? Matt. 5. *Nisi auer- dauerit iustitia vestra*, &c. Concilium etiam Tridentinum vult poenas exactas à Clericis de pauperibus. Vide Baron. Anno Christi 591. Candum tamen ne religio fulgentibus diuitiarum renis aucta suffocetur, & notum S. Gregorij. Atum iterum fiat verum,

SIGNVM XLVIII.

A Deo felicitatem expectare. Equum referre natum suis dominis.

Sigismundus Imp. iter faciens torrentem egredi atraiciebat. Equus consistens meiere corpora Tunc quidam aulicorum equum Cæsaris normam habere palam asseruit. Caussam rogans Quoniam, inquit, equus torrenti (flumini aqua abundantia) aquam addit; Cæsar abundantiam dat, (neglectis tenuioribus, tantum in dicto sua munera confert.) Animaduertit Imp. p.